

[III p 1]

IAM<sup>1</sup> CANTUM prosa prima<sup>1</sup> libri tercii. Postquam Philosophia supra est consolata Boecium apponendo remedia leniora, hic incipit eum consolari apponendo remedia forciora cuiusmodi sunt rationes probantes contra communem hominum opinionem quid sit <sup>u</sup>verum et perfectum bonum. Est autem considerandum, quod, sicut apparet ex precedentibus, prima et principalis causa doloris Boecii fuit quia, cum ipse reputaret ista temporalia <sup>u</sup>vera bona ita quod eorum adeptione fieret aliquis beatus et eorum amissione miser, doluit se miserum amissione bonorum temporalium. Propter quod tamquam principale remedium ad ipsum consolandum ostendit Philosophia<sup>2</sup> quod est illud bonum cuius adeptione fit homo beatus et cuius amissione fit miser. Secundo quia Boecius ex hoc quod <sup>u</sup>putavit temporalia esse <sup>u</sup>vera bona et adeptio <sup>u</sup>veri boni facit hominem potentem et eius amissio impotentem, cum <sup>u</sup>videret ista temporalia <sup>u</sup>provenire malis et deesse bonis, iudicavit <sup>u</sup>malos potentes et bonos impotentes. Ideo ostenso quid sit <sup>u</sup>verum bonum in quo consistit beatitudo ostendit ex hoc malos semper impotentes esse bonos <sup>u</sup>vero potentes libro quarto ibi HEC CUM PHILOSOPHIA. Tercio quia, cum <sup>3</sup>contra<sup>3</sup> regimen rationis <sup>u</sup>videatur esse quod mali

---

-----  
 1 iam cantum prosa prima RPO iam illa cantum prosa prima J /

2 ostendit philosophia RPO philosophia ostendit J / 3 cum contra RO contra P est contra J /

sint potentes et boni impotentes, et ipse putavit<sup>u</sup> hoc contingere  
 adeptione temporalium bonorum et eorum amissione, reputavit<sup>u</sup> quod  
 res humane non providencia sed fortuitis casibus agerentur. Hoc  
 excludit<sup>4</sup> Philosophia ostendendo quare<sup>5</sup> hoc rationabiliter  
 contingat prosa quinta libri quarti ibi HINC EGO. Circa primum  
 duo facit. Primo enim facit quasi quendam prohemiale transitum.  
 In secundo prosequitur propositum prosa secunda ibi TUM DEFIXO.  
 Circa primum duo facit. Primo facit istum transitum. Secundo  
 quoddam dictum per exempla manifestat metro primo QUI SERERE.  
 In isto autem transitu tria facit. Primo enim ostendit Boecius  
 se ex dictis iam factum attentum et avidum<sup>u</sup> ad percipienda remedia  
 acriora. Secundo Philosophia reddit eum benivolum<sup>u</sup> remedia ista  
 commendando ibi (10) TUM ILLA: SENSI. Tercio reddit eum docilem  
 ordinem dicendorum proponendo ibi (22) FACIAM. Primo ergo Boecius  
 ostendit se attentum et avidum<sup>u</sup> ad acriora remedia percipienda  
 dicens (1) IAM<sup>6</sup> ILLA scilicet Philosophia<sup>6</sup> FINIERAT CANTUM id est  
 carmen metricum quod de commendacione amoris fecerat CUM ME  
 AVIDUM AUDIENDI scilicet aliquid amplius de cantu STUPENDI<sup>7</sup>TEMQUE  
 scilicet ad tantam dulcedinem cantus ADHUC ERECTIS<sup>7</sup> AURIBUS  
 scilicet ut melius audirem, quia per talem ereccionem magis

---

-----  
 4 excludit PO excul excludit R concludit J / 5 quare PO quasi

(<sup>a</sup>ai) R quia J / 6 iam illa scilicet philosophia RPO iam  
 scilicet philosophia J / 7 erectis RPO arrectis J /

preparatur instrumentum auditus ad percipiendum sonum DEFIXERAT  
 DULCEDO CARMINIS homo enim qui <sup>u</sup> vult <sup>u</sup> auide audire id quadam  
 stabilitate figit se ne per aliquem motum ab audiendo impediatur.  
 (3) ITAQUE PAULO POST scilicet quam percepi quod cantum ulterius  
 non protraheret INQUAM: O SUMMUM SOLAMEN LAPSORUM ANIMORUM  
 labitur animus <sup>u</sup> vel <sup>u</sup> adversitate aliqua <sup>u</sup> vel <sup>u</sup> gravi cura oppressus,  
 qui aliqualiter consolatur interpretacione alicuius delectabilis  
 transitorii non tamen ad summum sed per Philosophiam consolatur ad  
 summum quia apponit remedium eternum non transitorium et <sup>8</sup> totam  
 causam dolorum <sup>u</sup> vel <sup>u</sup> inutilis affectus aufert QUANTUM ME REFOVISTI  
 VEL PONDERE SENTENCIARUM VEL ET CANENDI IOCUNDITATE quasi diceret  
 exprimere non possum quantum sed tamen scio quod multum (6) ADEO  
 UT IAM NON ARBITRER POST HEC ME ESSE IMPAREM ICTIBUS FORTUNE  
 scilicet <sup>u</sup> adverse. (7) ITAQUE NON MODO id est tantum modo non  
 PERHORRESCO REMEDIA QUE PAULO ACRIORA ESSE DICEBAS supra libro  
 primo prosa quinta in fine. SED AUDIENDI AVIDUS VEHEMENTER  
 EFFLAGITO. Deinde cum dicit (10) TUM ILLA inducitur Philosophia  
 ex commendacione remediorum <sup>u</sup> apponendorum <sup>10</sup> <sup>u</sup> benivolium reddens  
 Boecium <sup>11</sup> et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit unde Boecio  
 tanta attentio audiendi <sup>u</sup> advenit. Secundo ipsum <sup>u</sup> benivolium reddit

---

-----  
 8 et RPO sed J / 9 dolorum RPO doloris J / 10 apponendorum RPD  
 appositorum JO / 11 reddens Boecium JD reddens RPO /

ibi (?) SED QUANTI. Dicit ergo TUM ILLA scilicet Philosophia  
 INQUIT SENSI scilicet quod attentus eras ad acriora remedia  
 percipienda CUM TACITUS ATTENTUSQUE VERBA NOSTRA RAPIEBAS  
 scilicet in animum tuum CUMQUE HABITUM TUE MENTIS scilicet ut  
 esses attentus ad audiendum EXPECTAVI scilicet ad dandum tibi  
 acriora remedia VEL QUOD VERIUS EST IPSA PERFECI<sup>12</sup> et est hic  
 quidam color rethoricus, quem Tullius libro quarto rethorice  
 secunde<sup>13</sup> u vocat correccionem. Et assignans causam quare talem  
 statum mentis Boecii expectavit<sup>u</sup> u vel perfecit dicit<sup>14</sup> (13) QUIPPE  
 QUE RESTANT scilicet remedia TALIA SUNT UT DEGUSTATA MORDEANT  
 scilicet quia cum primo audiuntur displicent quia sunt contra  
 communem opinionem hominum et ideo ubi non est attentio de facili  
 abiciuntur, cum tamen non sint abicienda, quia si primo aspectu  
 non placeant AUTEM pro sed INTERIUS RECEPTA id est interiori  
 diligencia considerata DULCESCANT. Deinde cum dicit (14) SED QUOD  
 TU TE reddit Philosophia Boecium benivolū<sup>u</sup> <sup>15</sup> commendando remedia  
 que restant, unde dicit SED QUOD TU o Boeci DICIS TE AVIDUM  
 AUDIENDI, QUANTO ARDORE id est ardenti amore<sup>18</sup> et benivolencia<sup>u</sup>  
 FLAGRARES id est arderes SI COGNOSCERES<sup>16</sup> QUONAM TE DUCERE

a Ad Her. IV xxvi, 36

-----  
 12 perfecit corr. J / 13 rethorice (secunde PPeGMD rethorice RJO /  
 14 dicit PPeG(?) dicens RJOM / 15 benivolū J / 16 amore et  
 benivolencia flagrares <sup>u</sup> et est arderes si cognosceres RPO amore  
 cognosceres J /

benivolū

AGGREDIMUR. Et querit Boecius (17) QUONAM, INQUAM ? supple me  
duces et respondet<sup>17</sup> Philosophia (17) AD VERAM, INQUIT,  
FELICITATEM QUAM TUUS ANIMUS SOMPNIAT sicut enim sompnians  
putat fantasmata occurrence<sup>u</sup> esse veras res de quibus sompniat  
cum tamen non sint, sic Boecius in istis rebus temporalibus  
putavit<sup>u</sup> esse veram<sup>u</sup> felicitatem que tamen non est sed sunt<sup>18</sup> tantum  
quedam similitudines vere<sup>u</sup> felicitatis sicut fantasmata sompniorum  
sunt similitudines rerum, unde subdit (19) SED NON POTES INTUERI  
VERAM ILLAM scilicet veram<sup>u</sup> felicitatem OCCUPATO<sup>19</sup> VISU AD YMAGINES  
id<sup>20</sup> est bona temporalia que sunt ymages et similitudines veri<sup>u</sup>  
boni.<sup>20</sup> Et ait Boecius (20) TU EGO FAC OBSECRO ET pro id est  
SINE CUNCTACIONE id est dilacione<sup>c</sup> DEMONSTRA QUE ILLA VERA scilicet  
felicitas SIT. Deinde cum dicit (22) FACIAM reddit Philosophia  
Boecium docilem proponendo ordinem procedendi circa manifestacionem  
vere<sup>u</sup> felicitatis. Continuacio: O Boeci, tu rogas quod ego  
demonstrem tibi veram<sup>u</sup> felicitatem. FACIAM LIBENTER INQUIT  
Philosophia CAUSA TUI. SED PRIUS CONABOR DESIGNARE ATQUE INFORMARE  
VERBIS EAM scilicet felicitatem QUE EST TIBI CAUSA NOCIOR cuiusmodi

---

-----  
17 respondet RPO tandem J / 18 sed sunt RPO sunt J / 19 occupato J  
20 id est bona temporalia que sunt ymages et similitudines veri<sup>u</sup>  
boni Q (in bona R)D id est bona que sunt ad ymages et similitudines  
veri<sup>u</sup> boni P et similitudines veri<sup>u</sup> boni J /

est falsa felicitas que in temporalibus bonis queritur quam  
 ideo causam <sup>u</sup> vocat quia ponitur finis multorum. Causa autem  
 finalis est causa causarum. Et assignat causam quare prius <sup>u</sup> vult  
 describere falsam felicitatem dicens quod ideo (24) UT EA  
 PERSPECTA CUM OCULOS scilicet interiores rationem et intellectum  
 IN CONTRARIAM PARTEM FLEXERIS, POSSIS<sup>21</sup> AGNOSCERE SPECIMEN<sup>22</sup>  
 id est signum proprium VERE BEATITUDINES.

[III m 1]

QUE SERERE INGENUUM metrum primum libri tercii<sup>1</sup> quod dicitur  
 faliscum ab <sup>u</sup> inventore. Constat autem pedibus tribus dactilis  
 continuis et quarto trocheo <sup>u</sup> vel spondeo iambyo <sup>u</sup> vel pirrichio.  
 Quia dixerat supra Philosophia quod prius ostensura esset que  
 esset falsa felicitas ut postea pateret que esset <sup>u</sup> vera, in isto  
 metro commendat hunc ordinem per exempla. Et circa hoc duo facit.  
 Primo ponit exempla. Secundo applicat ad propositum ibi (11)  
 TU QUOQUE FALSA. Ponit autem quatuor exempla quorum primum est  
 de agro seminando ut bene fructificet. Sicut enim seminare <sup>u</sup> volens  
 agrum ut bene fructificet prius aufert <sup>u</sup> nocivas herbas, sic <sup>u</sup> volens

---

21 possis RPD poscit J possit Q / 22 specimen (sic) J RPeGOMD  
 speciem P /

1 tercii RPO secundii J /